



SERENISSIMO AL-
FONSO II. FERRA-
RIÆ DVCI,

DOMINO SVO CLEMENTISS.

CLAVDIVS Bertazzolius Ferraticus

PERPETVAM FELICITATEM.



EMERGIMVS aliquando e nostris iurisperdentia fluctibus AL-
FONSE Princeps Serenissime, lucem perspicimus, teq, nulla ne-
bulosa caligine offusa, nostrum splendidissimum sydus contempla-
mur. Sed utinam non citius quam par sis, ex alto in hunc portum
inuehamur & maiore fiducia quā viribus, aliis pauca hac com-
mōstremus, cum longe solidiora, & grauiora supersint, quae nostrae tenuitatis cō-
scii, inaccessa reliquimus. Aliorū exemplo id fecimus, & iuuenili quidē cōfiden-
tia, at ingenuo tamen desiderio, in hanc ita propere irrupimus arenā. Renuente
Patre meo (fateor) ac pene inuito, euigilatas istas summo studio illius cogitatio-
nes euulgandas, ac tuo nomini inscribendas curavi; hinc audire mihi videor il-
lum ita mecum, q, sepiissime facit colloquētem: Quorsum tandem te ipsum ma-
ceras? An ea de causa tibi precipitanda esse editionē credis, quia apud nos quae
sunt, eiusmodi sunt, ut quam maxime verēdū sit, ne quis forte alius nostras an-
teuertat opiniones, & illas antiquando, obsoletas, propositasq, reddendo, eam
nouitatis aurā nobis praeipiat, quam tantopere aucupantur recentes isti de iure
ciuili scriptores? Satis inclaruimus, satis nominis, satis celebratis ex nostris la-
boribus, ac fide haufimus. Tu ista cautius adseruato fili, ut tuis tantum seruiant
priuatis commodis, neq, ita temere quaso exedas atq, effundas illa, quae nos adeo
laboriose intrinuius, ac complicauius, eam enim nunc tu ingredieris semitam,
quam ego egredior. Et licet ornatius fortasse, & subtilius eadem studia perse-
quaris, tua tamen iuuentuti, & graciliori valetudini, maximo adiumento, ac
ornamento futura sunt ista senilis prudentia monumenta: quod superest viriū,
ac vita, totum Principi, ac Domino meo debetur, cum, ut quae illi maxime de-
beo, tum, ut quae eidem tu ob non vulgaria in te collata beneficia debere debes, a-
liqua ex parte pendam, eumq, tibi ita conciliem, ut illius deinde auctoritate,
imperio, patrocinio, studia tua dirigantur, foueantur, exornentur. Jam cedo fili,
& priusquam me carcas, hac dixisse volui. Vivas tu, (ita precor) carus omni-





AD ILLVSTREM ET
GENEOSVM DOMINVM,
D. CAROLVM, BARONEM ALIECH-
TENSTEIN ET NICOLSBVRG, DOMINVM
VELSPERGI, ET EISGRVÆ, &c. SAC. CÆS.
MAIEST. A CONSILIIS INTIMIS,
NICOLAI REVSNERI IVRISCONSULTI,
PRÆFATIO.

VANQVAM. Illustris BARO & Domine Clementissime, nō
est mea consuetudinis, neq. voluntatis, aut consilij, ut alienis operi-
bus nomen meum temere adscribam: adeoq. cum veteri vulgo odisse
soleam parietinas istas herbas alienis muris agnascens: tamen si
vel necessitas vel utilitas publica, alia ve iusta causa probabilis ali-
ud suadeat, omnino hoc interdum excusationem mereri videtur. Plane enim in eo
distinguendum esse arbitror inter ipsa opera & operum auctores: & in his omnino
animaduertendum, qua opera aut nuper admodum perfecta, & in lucem non-
dum, producta, auctore ipso interim e viuis sublato: aut iam olim in publicum e-
dita, sed postea iterum obliuioni tradita, & tenebris sepulta, aliorum opera & in-
dustria, in lucem rursus renocata fuerunt: quod sane utrumq. quam sit utile & cō-
modum Reipublicæ literaria, manifestum est. Merito itaq. laudare mihi videor eo-
rum fidem & industriam, qui aut aliorum Doctorum & sapientum virorum, sepe-
numero suis laboribus premature immorcentium scripta etiam nondum plane perfe-
cta, & omnibus suis numeris absoluta, quātum omnino eorum dignitas admittit, ut
maturitatem quandam suam habeant, fideliter supplendo, ad umbilicum perducūt
& quasi summam manum addunt: id quod ita fieri interdum summe & utile &
necessarium est: aut veterum auctorum opera propter vetustatem aut iniuriam tē-
porum quodammodo obsoleta, ab interitu rursus vindicant, & in lucem proferunt:
ne plane is carendum sit, qui posteris seculis nati, eorum participes fieri non potue-
runt. Quod cum aliis in disciplinis, ac præsertim in Historicorum monumentis, tum
vero maxime in veterum ac recentium Iurisperitorum scriptis, siue continuandis,
siue renouandis, hæcenus non sine aliqua commendatione & laude a quibusdam
factitatum fuisse animaduertimus: magno Reipublicæ literaria commodo & emo-
lumento. Ex his vero ad Historicos quod attinet, singularem merentur laudem in-
dustrii Librarii Andrea Wecheli heredes: e quibus adhuc superstes est Claudius
Marnius, singulis fere nundinis Historicos veteres iterum renouatos & luci sua re-
stitutos in medium producens: præter alios vero, quos nominare hic necesse non ha-



CONSILIORVM,

Seu Responsorum

CRIMINALIVM ET POENALIVM

D. Bartholomaei Bertazzoli I. C.

IN VTROQUE FORO CONSUMMATISSIMI

Liber Primus.

CONSILIUM I.

Defensio est omni iure licita, & quis praesumatur aggressor, & ex quibus coniecturis.
Insultans, quando non egrediatur modum tutelae.
Et quod non teneatur auferre.
Et quo casu liceat fugientem aggressorem insequi, vulnerare, occidere.

SUMMARIA.

1. Defensio omni iure est licita, etiam aggressorem occidendo.
2. Etiam si ante statuto, homicidium poena mortis puniatur.
3. Etiam si insultatus esset praedictus, qui non efficitur irregularis.
4. Promoculator ex quibus verbis praesumatur.
5. Promoculator censetur, qui est primus in iuvando, vel iniuriando officioso.
6. Promoculator praesumitur habens enses denudatum, & illum aspicere.
7. Aggressor est, qui prius accepit arma, & adveniens.
8. Aggressor quis sit probatur ex verbis, & ex quibus.
9. Insultatus praesumitur, qui se retrahit.
10. Aggressor plurius, non praesumitur unus.
11. Armis qualitas ostendit aggressorem.
12. Aggressor praesumitur magis reclusus.
13. Insultatus praesumitur verba pacifica trahere.
14. Defensio probatur ex coniecturis.
15. Insultatus omnia ad defensionem fecisse dicitur.
16. Insultatus primo percussus, excusatur ab offensa.
17. Insultatus, percutere praesumitur timore non percussione.
18. Aggressorem licet occidere, non expectata percussione.
19. Occidere licet aggressorem, ob causam iniuriam personalem.
20. Testes deponentes de iudicio, quando probent.
21. Peritus in arte est credendum.
22. Socius etiam timore non defendere.
23. Fugere quando non teneatur insultatus.
24. Occidens aggressorem fugientem, quando teneatur saltem de excessu.
25. Alius praesumitur licitus, & licito loco vel tempore facere.
26. Testes non probant, non repetiti parte citata.
27. Insultatus dubitans offendi, potest aggressorem offendere, & nu. 32.

28. Fugiens quando praesumatur habere animum percussendi, & ideo possit offendi.
29. Percussor praesumitur habere animum reprensivendi.
30. Rex durante, omnia praesumuntur unum & idem facere.
31. Iuramento probantur pendencia ab animo.
32. Exiit alia probat.
33. Insultatus potest vulnerare aggressorem in terra praestrata, & si sit in terra percussus, potest surgendo offendere percussorem, & nu. 35.
34. Occidere licet preparantem se ad offensam.
35. Reus est absolvens in parte probationum.
36. Insultatus praesumitur ad defensionem offendi. Et aliquando excusatur, licet terminis iniuria non servaverit, & nu. 39.
37. Defensio modus ut dicatur excessus, requiritur propositum cecidendi.
38. Innocentia iudicium magnum est, spontanea comparitio.



ABSOLVENDVS est ab inquisitione contra cum formata, & liberandus a carcibus, strenuus Capitaneus Annibal Solcia, inquisitus de homicidio commisso, in personam olim Domini Nicolai Borghi Bergomensis, cum quatenus constare possit, ipsum illum occidisse, id fecit ad sui necessitatem defensionem, ut ex processu, & testibus, tam pro eius parte examinatis, quam pro parte Curiae pro informatione receptis, luculenter apparet. Deponunt enim testes ipsi, praedictum Donicum Nicolaum, armatum, duobus etiam locis armatis associatum, transendo per contritam S. Pauli huius civitatis, reperit ipsum Capitaneum Annibalem, existentem secus apothecam Magistri Benetti Veneti, sub porticu colloquentem cum germanis dicti Magistri Benetti, in quam apothecam Alexander servitor magnificorum Comitum de Albanis, ingressus fuerat, ut reciperet quendam vaginam ab ense, & voluisse cogere ipsum Capitaneum Annibalem, ut recedendo a dicta apotheca, & suum colloquium benignitatem ceptum, in certum pendendo, sibi daret viam prope parietem, & apothecam ipsam: quod cum id facere denegasset ipse Capitaneus, tanquam insolentem, & parum decens professioni sua, habuit cum eo altercatorem, & etiam minatoria & iniuriola verba. Et interim, dum cum eo, es de causa altercatorem, Andreas de Caleppi eius confocius, accepit spectum ha-